



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripartitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XCIV. An iusta sit Quadragesimae Origo, Varietas, Ratioque institutae?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

Ambrosii hymnus: *Carnis iterat superbiā potus cibique parcitas.*

Nec dicimus, vt affingit nobis Kēnitius, ieiunium per se absque relatione ad pium finem, esse ex opere operato cultum Dei meritorium & satisfactorium: Nam per se dicit abstinentiam, estque res media, non virtus: at respectu finis pīj est virtus, & actus elicitus, Temperantia. Dein: opus operatum pendet ex instituto Dei; non ex merito cuiusquam, vti vis ieiunij ex deuotione dependet, vt Satisfaciat, Mereatur, & Impetret: teste S. Scriptura, in meo *Antichristop.* 4.9.46.

2. Ita & S. Patres.

INSTAT Caluinus in Harm. Mat 6. Non eadem est ieiunij, quæ orationis vis: cum hæc sit Dei cultus præceptus; at illud, res media; ideo datur merces orationi per se, ieiunio nō per se, sed ratione orationis.

Dico. Omni operi bono debetur merces de congruo; ergo & ieiunio, quæ ex electione, seu institutione suscipitur cum fine salutari: testibus innumeris exemplis & Patribus.

INSTAT Kemn. 1. Patres rhetoricantrur, exaggerationibus suis ad ieiunia homines inducturi; vt loquantur hortatoriè magis quam verè, teste Chrysostomo.

2. Analogicē tribuunt ieiunio, vt causæ remotæ, quod conuenit orationi, aut penitentiæ, quibus seruiunt ieiunia.

DICO AD I. Adeon' omnes rhetorici, nullus verè loqueretur: S. Chrysostomus, de compunct. cordis, reprehendit tales rhetoricanentes; at non S. Patres.

AD II. S. Patres distinctè omnia docent; iuuari orationem ieiunio, placari Deum, impetrari beneficia, satisfaci pro peccatis; vt analogiæ locus esse nullus queat.

DICO AD SVASIONEM I. istis Dominus declarat, placere sibi ieiunium, cui iuncta est iustitia vitæ; quantum displicet ieiunium iniquorum. Ergo Nunquid hoc est ieiunium, subaudit S. Hieron. solum.

AD II. Nil ad rem: nam scissio vestium non est ieiunium, sed contritionis signum.

AD III. S. Ambr. id sic exponit; Ieiunium sine eleemosyna ad modicum utilis est; at misericordia ad omnia. S. Chrysostomus, ceteraque rectius ita: Corporalis exercitatio, sc. athletica corpori roborando: at exercitatio pietatis ad roborandum spiritum, ad omnia utilis est. Estigitur comparatio vtriusque gymnasii, nullaq; mentio de ieiunio. Quod quemadmodum ad modicum valere dicaret, cum id toties & tantoperè com mendet?

AD IV. Phariseus non ideo iustificatus nō est quod ieiunaret; sed quod superbè se exaltaret. Et Mat. 9. ieiuniū nouis vestibus comparatur, non detritis.

AD V. Col. 2. reprehenditur ἐθελοθησαται, id est cultus voluntarius sed irrationabilis, id est supersticiosus; qualis non est ieiuniū ut poterationabile obsequium. Agiturque ibi de immoderatè ieiunantibus; item contra finentes, esse cibos aliquos ex se immunidos.

#### QVÆSTIO XCIV.

*An iusta sit Origo, Varietas, & Ratio  
Instituta Quadragesimæ.*

LUTHERANI AC CALVINTIANI contendunt  
Quadragesimam, post Apostolorum tempora, ex-

ra, ex superstitione, & peruersa imitatione Christi irreplisse. Ita Kemn. p. 4. Exa. Magdeburgenses Cent. I. l. 2. c. 10. Caluinus Inst. 4. c. 12. §. 20. ac cæteri omnes.

S VADENT isto, quod Kemn. ex S. Irenæo configit

1. Tempore Apostolicorum varias fuisse observationes & leges.

2. Quadragesimam fuisse vulgarem Con-suetudinem, non mandatum.

3. Et hanc priuata fuisse autoritate inuectam ab simplicibus.

4. Deinde aliquid esse statutum de ieju-nio, idque ex priuata deuotione.

5. Ob ea viros Apostolicos id non accura-te obseruasse.

6. S. Aug. epist. 86. ait: *In novo Test. video preceptum esse iejunium. Quibus autem diebus non oporteat iejunare, quibus oporteat, precepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum.*

A V T O R. Quadragesimæ iejunium est ab Apostolis institutum; ab Eccle-sia traditum. 1. Sic Canon Apost. 68. 2. S. Hier. epist. ad Marcellam, S. Leo serm. 6. de Quadrag. 3. Quia Aug. ep. 118. & 14. de bapt. c. 24. omnia ea ex A-post. Traditione descendere, quæ in vniuersa Ecclesia obseruantur, & in nullo Ecclesiæ Concilio instituta inueniuntur. At tale esse Ieiunium te-stantur plura Conc. vt Laodicænum can. 49. Nycænum can. 5. &c. Dein nul-lus Patrum antiquissimorum non me-minit Quadragesimæ, ut rei sacræ.

Quò impudentior vox Caluini In-stit. 4. c. 12. §. 20. *Iam in maluerat superflui-tiosa Quadragesimæ obseratio.*

At est A P O S T O L I C A. Quin asse-runt quidam S. Patres, à Domino in-stitutam, non verbo, sed exemplo; & inspiratione Dei: sic S. Ambr. Hier. Aug. Leo.

Dico AD Kemnitiana S. Irenæus

loquitur, non de Institutione ieunij, sed de forma, sc. quamdiu sit cuique iejunandum; uno die, an pluribus, an quadraginta horis. De varietate ieju-nantium plus, minusve diuersi diue-sa; at Quadragesima vna fuit omni-bus.

A D VI. S. Augustini: Hic loqui-tur de præcepto Christi in Scripturis expreßo; non de Tradito: at iejunium est in hoc non illo; vt iam liquet. Ha-ctenus ex Communi sententia,

S E N T E N T I A E particulares de origine Quadragesimæ sunt duæ; & impro-babiles.

I. CASSIANT, Collat. 21. c. 30. pertotum annum & quale fuisse iejunum in primiua Ecclesia: Dein negligi ceppum: demum Quadragesimam institutam communis consensu fuisse.

A T C O N T R A. Ut vita cœlebs nō fuit communis Christianis cunctis initio; ita nec iejunium. Quia Act. 13. dicuntur Paulus & Barnabas ordinati in opus Euangelij cum Ieiunio & Im-po-sitione manuum: atqui ut hæc tem-poraria paucorum, ita & iejunium non fuit continuum, annuum, & omnium. Et 2. Cor. 11. dicitur *in ieuniis mulis, non continuis.* Et S. Ioannes Euangeli-um scripturus solemne indixit ieju-nium. 2. Nusquam extat commune id decretum, de quo Cassianus.

II. S E N T E N T I A E referentium Quadragesimæ sicutur ad Telesphorus Papam, apud Euseb. in Chronico.

A T C O N T R A. Telesphorus man-dauit Clero, ut VII. hebdomadas inte-gras abstineret à carnibus; cum Laici non VII. integras abstinerent. Dein; S. Ignatius, factus anno 71. Episcopus Antiochenus, & martyrizatus anno 109. institutam iam Quadragesimam co[m]endat in ep. ad Philippienses: ante Te-lepho-

Iesphorum Papam creatum anno 142. martyrio coronatum anno 154. testibus Baronio & Bzouio annis iisdem.

**VARIETAS** Ieiunij ut multa varias apud nationes fuit, ita nil idem officit constanti vnius Quadragesimæ traditioni: vide Bell. l. 2. c. 15.

**RATIO** Quadragesimæ CALVINO est να καινοζηλια: Kemnitius, assignari rationes solitas ab Theologis recitasse, ait esse eas refutasse. Recitentur itaque.

**AVTOR.** Institutæ Quadragesimæ rationes feruntur vii. i. S. Leo serm. 4. de quadrag. Ut in XL. diebus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent.

2. S. Hieron. in Iona 3. Dominus XL. dies ieiunavit, ut hereditatem nobis ieiunij derelinquens ad eum Corporis sui, sub hoc numero animas nostras prepararet.

3. Tert. l. de ieu. Ut impleretur illud Mat. 9. Cum auferetur sponsus, TVNC ieiunabunt.

4. S. Leo serm. 12. Quod dignius celebretur Passio & Resurrectio Christi; Ut, in cuius Resurrectione sumus conresuscitati; in ipso inueniamur Passione com mortui.

5. Ob Catechumenos, ait S. Ambr. Ut XL. dierum circulo ieiunantes, (ceu Hc lias) spiritalem baptismatis pluiam mereamur, & longam gentilium siccitatem laucri inundatio salutaris irroret.

6. Cassianus Collat. 21. c. 27. ut quasi decimas de anno dependamus Deo.

7. S. Ignatius epist. ad Philip. Ieiunandum Quadragesimam, quia Imitationem continet conuersationis Domini: Sic & S. Patres cæteri, Basil. Nazian. Hieron. Chry. Aug. Ambt. &c.

Dominus tamen ieiunavit à Ia-

nuarij 6. usque ad 14. Febr. Voluit autem Ecclesia post Dominum, quam cum Domino ieiunare. Et ut ieiunium iungeret Passionis Resurrectionisque celebrationi, Item, in vere innouante se natura tentationes surgunt carnis acciores: Tempusq; illud est omnium aptissimum ad ieiunandum.

**INSTANT** Caluinus Iesum non ieiunasse ad Imitationem nostram: Quia 1. Oportuisset eum quotannis ieiunasse: 2. Non omni abstinuisse cibo: 3. Et Moyses XL. diebus ieiunauit, non tamen idecirco fuit institutum ieiunium, aut tractum ad imitationem.

**DICO AD I.** Sic Domino placuit, qui solum una die tentatus fuit; nos quotannis saepe tentamur, ideo & quotannis ieiunamus.

**AD II.** Imitamur Magistrum in abstinenti aliqua, non in omnimoda Dominum; id enim virtutis est; hoc miraculi: Ita Greg. Nazian.

**AD III.** Nusquam legitur Moyses datus in exemplum; at Christus, Ioan. 13. Exemplum dedi vobis. 1. Pet. 2. Eph. 5.

## QUÆSTIO XCV.

*Cur instituta sint ieiunia quædam breviora, & stata?*

**LUTHERANVS** Kemnitius par. 4. Exam. pag. 57<sup>8</sup>. Ieiunij in feria quarta & sexta causam fingit; quod ijs diebus ad audiendum Dei verbum conueniebatur.

**AVTOR.** At tunc maximè Dominicis ieiunasse oportuisset, quibus vbiique prædicabatur; & tamen ijs ieiunari vetabatur, teste S. Aug. epist 86. & 119.

**CAVS A** igitur vera est de feria quarta, quod éa Dominus sit prædictus; lexata, quod crucifixus. Ita Clemens lib. 5.